

Año LI. 31 DE MAYO DE 1910 Núm. II.

BOLETIN OFICIAL

DEL

Obispado de Osma.

Nuestro Rvmo. Sr. Obispo.

Con la mayor satisfacción nos complacemos en anunciar al venerable Clero y fieles Diocesanos que nuestro Ilmo. y Rvmo. Prelado el Señor Dr. D. Manuel Lago y González, restablecido ya casi por completo de la afección grippal que muy á pesar suyo le hizo retrasar su venida á la Diócesis amada, ha dispuesto, hacer su entrada solemne en la Capital de la misma, con el favor de Dios, el próximo Domingo día 5 de Junio por la tarde, viniendo en coche particular desde el Convento de Padres Agustinos Filipinos de La Vid, después de pasar allí todo el día del sábado.

Que el Señor le conceda felicísimo viaje y venturosa llegada á esta su amada Diócesis para que podamos aclamarle por nuestro Padre y recibir su Pastoral bendición, como vivamente deseamos; y que su Pontificado sea glorioso y de prosperidad entre nosotros á mayor gloria de Dios.

GOBIERNO ECLESIASTICO SEDE PLENA

CIRCULAR.

Estando consagrado el mes de Junio al sacratísimo *Corazón de Jesús* para tributarle especiales cultos de adoración y amor, y siendo ésta la devoción por excelencia de los Sacerdotes, no consideramos necesario insistir este año sobre ella para recordar á los señores Párrocos y demás encargados de la Cura de almas en esta Diócesis así como á los Sres. Capellanes de Religiosas, la celebración de tan venturoso mes en todas las iglesias de la jurisdicción ordinaria, persuadido como estamos de que así lo harán con su acostumbrado celo, cuidando de exhortar á sus feligreses á la práctica de tan tierna y excelente devoción y explicándoles oportunamente las innumerables gracias espirituales é indulgencias concedidas á la misma, en cumplimiento de lo dispuesto en el título 2.º, parte 5.ª, de las vigentes Constituciones Sinodales del Obispado, sin que en ninguna parroquia deje de practicarse con tal motivo, según las circunstancias de la localidad respectiva, algún ejercicio especial, Novenario ó Triduo, conforme á las prescripciones de la Encíclica *Annum Sacrum* publicada en el número 12 de este BOLETÍN correspondiente al año de 1899 y cuya lectura recomendamos nuevamente, sin omitir tampoco la fórmula de Consagración mandada hacer todos los años por el Decreto *Urbis et Orbis* de la sagrada Congregación de Indulgencias de 22 de Agosto de 1906, publicado en el número 11 del BOLETÍN de 1908.

Y para que estos piadosos cultos al Deífico Corazón sean más fructuosos y de mayor provecho espiritual para las almas hemos tenido á bien conceder y por la presente Circular concedemos Nuestra autorización

para que en la Fiesta principal del Sagrado Corazón así como en las Novenas y Tríduos, que se celebren con solemnidad y suficiente concurrencia de fieles, se pueda exponer el Santísimo Sacramento del Altar á la pública adoración de los mismos, recomendándoles y exhortándoles á que reciban la sagrada Comunión con tal motivo, como el mayor de los obsequios de gratitud y amor que podemos hacer al Corazón amantísimo del divino Jesús.

Burgo de Osma 30 de Mayo de 1910.

MANUEL MARÍA VIDAL,
Gobernador Ecco. Sede Plena.

S. CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

BRIBURGEN

DUBIUM CIRCA COLLATIONEM SS. ORDIN 'M EXTRA TEMPORA, ET
NON SERVATIS INTERSTITIIS ALIENIS SUBDITIS.

In Congregatione generali, die 13 Augusti 1909 habita, proposito dubio, «utrum Episcopus, gaudens indulto conferendi Ordines extra tempora et non servatis interstitiis, eo uti possit etiam erga alienos subditos, suorum Ordinariorum dimissorias habentes»; Emi. Patres, re mature perpensa, respondendum censuerunt: «*affirmative*, facto verbo cum SSmo.»

Sanctitas vero Sua, audita relatione R. P. D. eiusdem sacrae Congregationis Secretarii in audientia diei 15 Augusti 1909, Emmorum. Patrum resolutionem approbavit et confirmavit.—D. CARD. FERRATA, *Praefectus*. PH. GIUSTINI, *Secretarius*.

DE LA MISMA SAGRADA CONGREGACIÓN

Normas para concesión de Oratorios privados

I. ORATORIUM PRIVATUM. 1. Nota est Oratoriorum divisio in publica, semipublica et privata.

Eorum definitio authentice statuitur decreto super Oratoriis semipublicis, a S. R. C. sub die 23 Ianuarii 1899 evulgato.

Ex eodem decreto eruitur, non tantum quoad publica Oratoria, sed et quoad semipublica, ius omne competere Ordinariis: «In his, sicut auctoritate Ordinarii sacrosanctum Missae sacrificium offerri potest, ita omnes qui eidem intersunt, praecepto audiendi Sacrum satisfacere valent (Decreto cit.)».

Idcirco privata tantummodo Oratoria S. Sedi reservantur, illa nempe tantum, «quae in privatis aedibus in commodum alicuius personae vel familiae, ex indulto S. Sedis erecta sunt (Decr. cit.)»,

2. Oratoria privata non conceduntur nisi ex iusta causa, uti ex gr.: infirmitas, grave incommodum pro accessu ad publicam ecclesiam, peculiaris benemerentia erga S. Sedem et religionem, et similia.

3. Oratoria privata vel ad tempus conceduntur, vel vita indultariorum durante, pro natura causae, quae adducitur. In utroque casu, simplex Oratorii concessio importat:

a) unius tantummodo Missae celebrationem;

b) praecepti festivi satisfactionem, pro indultariis tantum, ad exclusionem duodecim dierum solemniorum, et quatuor pro Gallia;

c) determinationem loci, urbis vel dioecesis, in qua erigendum est Oratorium, iuxta petita.

Formula Rescripti et relativae Brevis expeditionis regulariter est commissoria ad Ordinarium.

II. EXTENSIONES: 1. *Ad satisfactionem praecepti diebus*

festis.—Conceditur plerumque indulto durante, et sequentibus tantum:

- a) Consanguineis aut affinibus cohabitantibus, et etiamsi non cohabitantibus, sub eodem tecto degentibus;
- b) Familiaribus;
- c) Hospitibus vel commensalibus;
- d) Omnibus sub eodem tecto commorantibus, in unico casu defunctus vel distantiae ecclesiae publicae;
- e) Colonis et addictis, pro Oratoriis ruralibus. In his adiunctis indultario obligatio imponitur providendi instructioni catechisticae evangelique explicationi;
- f) Omnibus in castro vel magna possessione morantibus, cum obligatione iam dicta;
- g) Omnibus praesentibus non conceditur, nisi in peculiarissimis circumstantiis religiosis vel politicis, arbitrio ac sponsoni Ordinarii concesssionis huiusmodi diuturnitate remissa.

2. *Ad Missam in indultariorum absentia.*—Conceditur tantum:

- a) Alicui ex consanguineis aut affinibus cohabitantibus, aut sub eodem tecto morantibus, quibus iam fuit extensum indultum circa praeceptum festivum. Non conceditur nisi in indultariorum praecipuorum absentia temporanea, et determinatae personae inter consanguineos aut affines;
- b) Primori ex familiaribus, colonis aut addictis, semper in temporanea indultarii absentia et quando iisdem extensum iam fuit indultum pro festivo praecepto.

3. *Ad plurius Missarum numerum.*

- a) Duobus aut pluribus sacerdotibus fratribus indultariis conceditur ut quisque suam Missam celebrare possit;
- b) Conceditur pro gratiarum actione Missa alia, praevia peculiari Ordinarii commendatione;
- c) Pro sacerdotibus hospitibus permittitur celebratio Missae in Oratorio privato familiae eiusdem in cuius

domo morantur, praeviis Ordinarii litteris commendatiis, ruri tantum, sive ob infirmitatem sive ob ecclesiae distantiam;

d) In agonia, in obitu, praesente cadavere, in anniversaria die obitus unius ex indulgentiis, in die festo S. Titularis Oratorii, vel Sancti cuius nomen indulgentius gerit, plures Missae et generatim tres permitti solent.

4. *Ad dies solemniore.*

a) Extensio ad solemniore dies conceditur semper cum exclusione sequentium quatuor, nempe: Patroni civitatis aut loci, Assumptionis B. M. V., Nativitatis Domini et Paschae Resurrectionis D. N. I. C.;

b) Multo rarius conceduntur, praecedenti extensione obtenta, tres exclusi, S. Patronus, Assumptio, Nativitas;

c) Dies sanctus Paschae nonnisi raro conceditur, praecedentibus extensionibus iam obtentis, et semper praevia peculiarissima Ordinarii commendatione, exceptione facta pro indulgentiis presbyteris infirmis.

5. *Ad plures dioeceses.*—Conceditur Oratorium etiam pro duabus dioecesibus, praeviis litteris testimonialibus amborum Ordinariorum; et si petitum per extensionem alteri dioecesi, praeviis litteris testimonialibus illiusmet Ordinarii. In utroque casu indultum conceditur in forma gratiosa, firmis manentibus consuetis clausulis quoad Ordinarios.

6. *Ad casum quo parochus bis celebret.*—Conceditur facultas celebrandi in privato Oratorio, modo sacerdos celebrans non bis celebret, et sumatur extra locum in quo parochus bis celebrat.

7. *Ad Oratorium prope cubiculum.* Infirmitatis causa conceditur, et infirmitate durante.

III. FACULTAS ORDINARIIS PRO PRIVATIS ORATORIIS.—Conceditur ad decem casus: tantum pro sacerdotibus aetate provectoris vel infirmis, at semper pauperibus.

Romae. die 7 Februarii 1909.

L. ✠ S. S. Congr. de Sacramentorum disciplina,

DE LA MISMA SAGRADA CONGREGACIÓN

Decreto reservando á la Santa Sede la dispensa de algunos impedimentos de personas de sangre real

Inter causas maiores Apostolicae Sedi speciali modo reservatas, dispensationes etiam illae recenseri sunt solitae, quae ad principum regiae stirpis matrimonia referuntur, exclusis ab eiusmodi utenda facultate aliis omnibus Ecclesiae Praepositis.

Verum, quandoquidem quae observantia et consuetudine nituntur, non omnia semper sic plane definita et perspicua esse soleant, ut nihil anceps relinquunt; idcirco, ne in re tanti momenti ulla possit suboriri dubitatio, SSmus. D. N. huic S. Congregationi de disciplina Sacramentorum mandavit ut opportunum Decretum hac de re promulgaret.

Itaque Sacra haec Congregatio SSmi D. N. Pii Papae X ussa taciens. de expresso Ipsius mandato atque Eiusdem auctoritate declarat, dispensationes a quibusvis impedimentis matrimonium sive dirimentibus sive impediens, quae regibus ac regiae stirpis principibus erunt concedendae, Sedi Apostolicae speciali modo esse reservatas. ita ut ab huius potestatis usu excludantur Ordinarii omnes et alii quilibet, in quavis dignitate constituti; eandemque potestatem in facultatibus cuilibet et quavis forma concessis, nullatenus esse comprehensam.

Praesentibus in perpetuum valituris, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Huius autem Decreti tenorem Sanctitas Sua in audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto die 6 Martii 1910 audivit et approbavit.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem S. Congregationis, die 7 mensis Martii anno 1910.

D. Card. FERRATA, *Praefectus*.

L. ✠ S.

Ph. GIUSTINI, *Secretarius*.

INSTRUCCIÓN DEL SANTO OFICIO

PARA PROBAR LA MUERTE DE UN CONYUGE

Matrimonii vinculo duos tantummodo «Christo ita docente copulari, et coniugi posse, alterutro vero coniuge vita functo, secundas, imo et posteriores nuptias licitas esse, dogmatica Ecclesiae Catholicae doctrina est»

Verum ad secundas, et posteriores nuptias quod attinet, cum de re agatur, quae difficultatibus, ac fraudibus haud raro est obnoxia, hinc Sancta Sedes seculo curavit modo Constitutionibus generalibus, saepius autem responsis in casibus particularibus datis, ut libertas novas nuptias ineundi ita cuique salva esset, ut praedicta matrimonii unitas in discrimen non aduceretur.

Inde constituta Sacrorum Canonum quibus, ut quis possit licite ad alia vota transire, exigitur quod de morte coniugis certo constet, uti cap. *Dominus, de secundis nuptiis*, vel quod de ipsa morte recipiatur *certum nuncium* uti Cap. *In praesentia, De sponsalibus et matrimoniis*. Inde etiam ea quae explanatius traduntur in Instructione *Cum alias, 21 Augusti 1670* a Clemente X sancita, et in Bullario Romano inserta super examine testium pro matrimoniis contrahendis in Curia Emi Vicarii Urbis, et coeterorum Ordinariorum. Maxime vero quae propius ad rem facientia ibi habentur NN, 12 et 13.

Et haec quidem abunde sufficerent si in eiusmodi causis peragendis omnimoda et absoluta certitudo de alterius Coniugis obitu haberi semper posset; sed cum id non sinant casuum prope modum infinitae vices (quod sapienter animadversum est in laudata Instructione his verbis: *Si tamen huiusmodi testimonia haberi non possunt, Sacra Congregatio non intendit excludere alias probationes, quae de iure communi possunt admitti, dummodo legitimae sint, et sufficientes*) sequitur, quod stantibus licet principiis generalibus praestitutis, haud raro casus eveniunt, in quibus Ecclesiasticorum Praesidum iudicia haerere solent in vera iustaque probatione dignoscenda ac statuenda, imo pro summa illa facilitate, quae aetate nostra facta est remotissimas quasque regiones adeundi, ita ut in omnes fere orbis partes homines divagentur, eiusmodi casuum multitudo adeo succrevit, ut frequentissimi hac de re ad Supremam hanc Congregationem habeantur recursus, non sine porro partium incom-

modo, quibus inter informationes atque instructiones, quas pro re nata, ut aiunt, peti mittique necesse est, plurimum defluit temporis, quin possint ad optata vota convolare.

Quapropter Sacra eadem Congregatio huiusmodi necessitatibus occurrere percipiens, simulque perpendens in dissitis praesertim Missionum locis, Ecclesiasticos Praesides opportunis destitui subsidiis, quibus ex gravibus difficultatibus extricare se valeant, e re esse censuit, uberiores edere Instructionem in qua, iis, quae iam tradita sunt, nullo pacto abrogatis, regulae indigentur, quas in eiusmodi casibus haec ipsa S. Congregatio sequi solet, ut illarum ope, vel absque necessitate recursus ad Sanctam Sedem, possint iudicia ferri, vel certe, si recurrendum sit, status quaestionis ita dilucide exponatur, ut impediri longiori mora sententia non debeat, Itaque:

1. Cum de coniugis morte quaestio instituitur, notandum primo loco, quod argumentum a sola ipsius absentia quantumcumque (licet a legibus civilibus fere ubique admittatur) a Sacris Canonibus minime sufficiens ad iustam probationem habetur. Unde sa. me. Pius VI ad Archiepiscopum Pragensem die 11 Iulii 1789 rescripsit, solam coniugis absentiam atque omnimodum iusdem silentium *satis argumentum non esse ad mortem comprobendam*, ne tum quidem cum edicto regio coniux absens evocatus (idemque porro dicendum est, si per publicas ephemerides id factum sit) nullum suimet indicium dederit. *Quod enim non comparuerit*, idem ait Pontifex, *non magis mors in causa esse potuit, quam eius contumacia*.

2. Hinc ad praescriptum eorundem Sacrorum Canonum; documentum authenticum obitus diligenti studio exquiri omnino debet; exaratum scilicet ex registis paroeciae, vel xenodichi, vel militiae, vel etiam, si haberi nequeat ab auctoritate ecclesiastica, a gubernio civili loci in quo, ut supponitur, persona obierit.

3. Porro quandoque hoc documentum haberi nequit; quo casu testium depositionibus supplendum erit. Testes vero duo saltem esse debent, iurati, fide digni, et qui de facto proprio deponant, defunctum cognoverint, ac sint inter se concordantes quoad locum, et causam obitus aliasque substantiales circumstantias. Qui insuper, si defuncti propinqui sint, aut socii itineris, industriae, vel etiam militiae, eo magis plurimi faciendum erit illorum testimonium.

4. Interdum unus tantum testis examinandus reperitur, et licet ab omni iure testimonium unius ad plene probandum non admittatur, attamen ne coniux alias nuptias iniri peroptans, vitam coelibem agere coagatur, etiam unius testimonium absolute non respuit Suprema Congregatio in dirimendis huiusmodi casibus, dummodo ille testis recensitis conditionibus sit praeditus, nulli exceptioni obnoxius, ac praeterea eius depositio aliis gravibusque adminiculis fulciatur; sique alia extrinseca adminicula colligi omnino nequeant, hoc tamen certum sit, nihil in eius testimonio reperiri quod non sit congruum atque omnino verisimile.

5. Contigit etiam ut testes omnimoda fide digni testificentur se tempore non suspecto mortem coniugis ex aliorum attestatione audivisse, isti autem vel quia absentes, vel quia abierint, vel aliam ob quamcumque rationabilem causam examinari nequeunt; tunc dicta ex alieno ore, quatenus omnibus aliis in casu concurrentibus circumstantiis, aut saltem urgentioribus respondeant, satis esse censentur pro secutae mortis prudenti iudicio.

6. Verum, haud semel experientia compertum habetur, quod nec unus quidem reperiatur testis qualis supra adstruitur. Hoc in casu probatio obitus ex coniecturis, praesumptionibus, indiciis et adiunctis quibuscumque, sedula certe et admodum cauta investigatione curanda erit, ita nimirum ut pluribus hinc inde collectis, eorumque natura perpensa, prout scilicet urgentiora, vel leviora sunt, seu proprio vel remotiore nexu cum veritate mortis coniunguntur, inde prudentis viri indicium ad eandem mortem affirmandam probabilitate maxima, seu morali certitudine promoveri possit. Quapropter quandonam in singulis casibus habeatur ex huiusmodi coniecturis simul coniunctis iusta probatio, id prudenti relinquendum est iudicis arbitrio; hic tamen non abs re erit plures indicare fontes ex quibus ille sive urgentiores, sive etiam leviores colligi et haberi possint.

7. Itaque in primis illae praesumptiones investigandae erunt quae personam ipsius asserti defuncti respiciunt, quaeque profecto facile haberi poterunt a coniunctis, amicis, vicinis, et quoquo modo notis utriusque coniugis. In quorum examine requiratur *ex. gr.:*

An ille, de cuius obitu est sermo, bonis moribus imbutus esset; pie, religioseque viveret; uxoremque diligeret; nullam sese occultandi causam haberet; utrum bona stabilia possi-

deret, vel alia a suis propinquis, aut aliunde sperare posset.

An discesserit annuentibus uxore et coniunctis; quae tunc eius aetas, et valetudo esset.

An aliquando, et quo loco scripserit, et num suam voluntatem quamprimum redeundi aperuerit, aliaque huius generis indicia colligantur.

Alia ex rerum adiunctis pro varia absentiae causa colligi indicia sic potuerunt:

Si ob militiam abierit, a duce militum requiratur quid de eo sciat; utrum alicui pugnae interfuerit; utrum ab hostibus fuerit captus; num castra descruerit, aut destinationes periculosa habuerit *etc.*

Si negotiationis causa iter suscepit inquiratur, utrum tempore itineris gravia pericula fuerint ipsi superanda: num solus profectus fuerit, vel pluribus comitatus: utrum in regionem ad quam se contulit supervenerint seditioes, bella, fames, et pestilentiae *etc. etc.*

Si maritimum iter fuerit aggressus, sedula investigatio fiat a quo portu discesserit: quinam fuerint itineris socii; quo se contulerit; quod nomen navis quam conscendit; quis eiusdem navis gubernator; an naufragium fecerit; an societas quae navis cautionem forsitan dedit, praetium eius solverit; aliaeque circumstantiae, si quae sint, diligenter perpendantur.

8. Fama quoque aliis adiuta adminiculis argumentum de obitu constituit, hisce tamen conditionibus, nimirum: quod a duobus saltem testibus fide dignis et iuratis comprobetur, qui deponant de rationabili causa ipsius famae: an eam acceperint a maiori et saniori parte populi, et an ipsi de eadem fama recte sentiant; nec sit dubium illam fuisse concitatam ab illis, in quorum commodum inquiritur.

9. Tandem, si opus fuerit, praetereunda non erit investigatio per publicas ephemerides, datis directori omnibus necessariis personae indicibus, nisi ob speciales circumstantias saniori, consilio aliter censeatur.

10. Haec omnia pro opportunitate casuum Sacra haec Congregatio diligenter expendere solet; cumque de re gravissima agatur, cunctis aequa lance libratis, atque insuper auditis plurimum theologorum, et iurisprudentum suffragiis, denique suum iudicium pronuntiat, an de tali obitu satis constet, et nihil obstet quominus petenti transitus ad alias nuptias concedi possit

11. Ex his omnibus Ecclesiastici Praesides certam desumere possunt normam quam in huiusmodi iudiciis sequantur. Quod si, non obstantibus regulis hucusque notatis, res adhuc incerta et implexa illis videatur, ad Sanctam Sedem recurrere debebunt, actis omnibus cum ipso recurso transmissis, aut saltem diligenter expositis.

SECRETARÍA PARTICULAR DE SU SANTIDAD

La medalla que sustituye y representa los escapularios (1)

Ex audientia Sanctissimi—Responsa 19 Julii 1909

DE NUMISMATIBUS QUAE PRO SCAPULARIBUS GESTARI POSSUNT

Beatissime Pater:

Albertus Missone, procurator missionum Belgarum (Scheut,) ad pedes S. V. humillime provolutus, exponit quae sequuntur:

Ultimo mense, cerciorem feci Ill.^{um} Vicarium Apostolicum Congi Belgici, Sanctitatem Vestram, pro sua benignitate erga Christi fideles, consuevisse sacra numismata benedicere ita ut locum teneant omnium scapulariorum, nec non munus dedisse uni ex suis praelatis benedicendi illa pretiosa numismata.

Haec benigna concessio praedicto Vicario Apostolico pergrata fuit, si quidem multum juvabit in suo Vicariatu difussionem scapulariorum, et digniorem reddet gestatum hujus signi distinctivi Christianorum. (Nam scapularia ex panno confecta, post breve tempus pulvere, oleo et sudore sordidi panniculi fiunt; et si quidem super nuda pectora miserrimi nigritae illa ge-

(1) Véase el núm. 1.^o del BOLETÍN de este año.

rere soleant, eo modo se christianos confitentes, insignis distinctio christianorum inter paganos non est nisi linteolum omnino idecorum.)

Sed priusquam introduceret illam, licet pergratam, innovationem prudens visum est praedicto Vicario Apostolico, omni qua par est humilitate, mentem Sanctitatis Vestrae inquirere; scilicet:

1.º An grata erit Sanctitati Vestrae diffusio illorum numismatum, etiam in locis missionum?

2.º An haec numismata locum tenent omnium scapulariorum, non tantum illorum quinque scapulariorum habitualiter inter se conjunctorum, sed etiam ceterorum, sicut scapulare SS. Cordis Iesu, etc.?

3.º An pro prima impositione, non haec numismata sed, sicut antea, scapularia ex panno rite confecta adhibenda sunt?

4.º An solius munditiae vel commoditatis causa omnes fideles possunt illa numismata loco scapulariorum assumere quin unusquisque, cum animi anxietate, inquirat de propriis motivis?

5.º An sufficit illa numismata non ad collum et super pellem sed quovis modo apud se habitualiter gerere?

Ex aedibus Vaticanis, die 19 Iulii 1909.

Relatis, ut supra precibus SS.^{us} D.^{nus} respondere benigne dignatus est:

Ad 1^{um}. *affirmative.*

Ad 2^{um}, *affirmative.*

Ad 3^{um}, *affirmative.*

Ad 4^{um}, *affirmative.*

Ad 5^{um}, *affirmative.*

JOANNEM BRESSAN.

COMENTARIO

Hace dos ó tres años llegó á nuestra noticia que Su Santidad Pío X había comenzado á bendecir unas medallas que sustituían á los escapularios, pero no habíamos podido ver ningún documento oficial que pudiéramos comunicar á nuestros lectores. En el último fascículo de *Supplementa et monumenta periodica* publicado por el doctísimo é infatigable P. Vermeer-soh (1), encontramos sobre esta materia el anterior rescripto firmado por el Secretario particular de Su Santidad, en el cual vemos que el Papa, con fecha 19 de Julio de 1909, declaró:

1.º, que á Su Santidad le es grato que el uso de la tal medalla se extienda; 2.º, que la medalla representa todos los escapularios, no solo los cinco que habitualmente suelen llevarse unidos, sino también todos los demás, como el del Sagrado Corazón, etcétera, 3.º, que para la imposición no sirve dicha medalla, sino que debe imponerse el escapulario respectivo, hecho de tela, tal como antiguamente se hallaba prescripto; 4.º, que la mayor limpieza ó mayor comodidad es causa suficiente para llevar la medalla en vez del escapulario ó escapularios, sin necesidad de inquietarse buscando particulares motivos; 5.º que basta tener habitualmente consigo tal medalla, sin que sea necesario llevarla al cuello y debajo de la ropa.

ANOTACIONES

1.^a Como fácilmente se deja entender, y en parte se indica en las preces que hemos copiado, el uso de tal medalla tiene muchas ventajas, no sólo porque los escapularios fácilmente con el uso se ensucian á causa principalmente del sudor, y toman un aspecto de poca limpieza, y se pudren y estropean, sinó también porque cuando son muchos, trábanse no pocas veces entre sí y ocasiona no escasa molestia el llevarlos.

2.^a Para obviar la dificultad que se origina de llevar á la vez muchos escapularios, ya se habían excogitado diversos medios, como el de coserlos entre sí, sujetarlos todos con los dos solos cordones, meter en una bolsita todas las partes que caen delante del pecho y en otra las que caen sobre la espalda, etc.

(1) Vol. 4, pág. 48.

Los cinco escapularios que habitualmente solían llevarse juntos, como insinúan las preces, son el de la Santísima Trinidad, el del Carmen, el de la Inmaculada Concepción, el de los siete dolores de la Santísima Virgen María y de la Pasión de Nuestro Señor Jesucristo. Cfr. *Acta S. Sedis*, vol. XIX, p. 557.

3.^a También se pensó en que un solo escapulario representara varios haciendo que reuniera los colores de todos ellos, tuviera las imágenes de todos, etc.; pero esto fué desaprobado, tanto por la Sagrada Congregación de Indulgencias en 18 de Agosto de 1868 (Decr. aut. n. 423 ad 6,) como por la de Ritos en 14 de Junio de 1879 (Decr. aut., n. 3495.)

Por lo dicho se ve cuán de agradecer es la nueva concesión de Pío X, que obvia todas las dificultades mucho mejor que cuando hasta aquí se había escogitado.

4.^a En adelante al que quiera gozar las indulgencias y privilegios propios de un escapulario, deberá serle impuesto lo mismo que antes por quien esté facultado para ello, usando las mismas ceremonias que antes estaban mandadas, y valiéndose de un escapulario de la forma, clase de tejido (de lana) y color que estaban antes prescritos. Véase *Razón y Fé* vol. 14, p. 361, n. 133 y sig.; *Gury Ferreres*, vol. 2. n. 1.060 10.^o; 1.060 bís, 3.^o y 4.^o; *Beringe*, Les indulgences, vol. 1, p. 533, sig. (París, 1905)

Después de hecha la imposición, ó cuando se quiera, puede el que lo lleva dejar el escapulario, y en vez de él servirse de mencionada medalla, bendecida por Su Santidad ó por quien haya recibido autorización para ello del Papa.

5.^a Una sola y misma medalla representará, no solo el escapulario ó escapularios que le hayan sido impuestos á uno, sino también todos los otros que después de llevar ya la tal medalla se le impongan.

6.^a Que la mencionada medalla represente los escapularios cuyos privilegios han sido concedidos por la autoridad eclesiástica, no ofrece dificultad alguna, pues el Papa, que los concedió, puede aplicarlos á la medalla de la misma manera.

La dificultad existía sólo con respecto al escapulario del Carmen, que tiene anejos, no solo privilegios dados por el Papa, sino también promesas hechas por la Santísima Virgen María. Véase *Benedicto XIV*. De festis, lib. 2 c. 6, n, 73; lo dicho en *Razón y Fé* vol. 1.^o, p. 268, ó *Ferreres*, Las Cofradías, n. 453 sig., cap. 6. n. 7. Pero *tal vez* se entiende que la forma y modo,

de llevar el tal escapulario lo deja la Virgen al Vicario de Dios en la tierra.


7.^a Puede la tal medalla llevarse pendiente al cuello sobre la ropa interior, ó cosida en el hábito, sotana, chaleco, ó puesta en el ojal de la chaqueta, levita, etc., ó suelta dentro del bolsillo ó unida al rosario, pudiendo al acostarse dejarla junto á si con los vestidos, ó encima de la mesa, ó colgada en la pared. Cfr. *San Alfonso*, lib. 6, n. 534; *Gury Ferreres*, vol. 2, n. 1.060, 7.^o

8.^a. Actualmente parece que son pocos los que fuera de Roma se ha'lan facultados para bendecir tales medallas.

Por ahora no tiene forma determinada dicha medalla, ni debe representar determinado santo, sino que cualquiera medalla puede utilizarse. Lo único esencial es que esté bendecida para este fin por el Papa ú otra persona por él autorizada. Creemos, no obstante, que con el tiempo se le dará una forma peculiar y distintiva.

(De *Razón y Fé*).

J. B. FERRERES.



SUMARIO.

Anuncio de la venida á la Diócesis del nuevo Ilmo. Sr. Obispo.—Circular del Gobierno eclesiástico S. P. con motivo del mes del S. Corazón de Jesús.—Resolución de la S. C. de Sacramentos sobre ordenaciones *extra tempora*.—Normas de la misma S. C. para concesión de Oratorios privados.—Decreto de la misma S. C. reservando á la S. Sede la dispensa de algunos impedimentos de personas reales.—Instrucción del S. Oficio para probar la muerte de un conyuge.—Rescripto de la Secretaria particular de S. Santidad y Comentarios al mismo sobre la Medalla que sustituye los Escapularios.



BURGO DE OSMA.—TIP. DE HIJOS DE JIMENEZ.